

Sted

E libris
gymnasio Mauritiano Magdeburgensi
a venerabili
Carolo Funk
theol. doctore et gymnasii direttore
a. 1857 hereditate relictis.

G. f. 171.



Del. 201. 1/2 1090

53

MEMORIAM
FATALIS FVNESTISSIMIQVE INCENDII
QVO
TVRRIS CVRIAE CONIVNCTA GORLICENSI
CLD ID CCXXXII d' VIII' IVLII
DE CAELO PERCVSSA
FVLMINIS DEFLAGRAVIT ICTV
COMMEMORANDO RENOVAT

ET
MAGNIFICOS PATRES
CONSCRIPTOS

OMNESQVE
LITERARVM FAVTORES

AD
ORATIONEM HONORIBVS
AMPLISSIMI ORDINIS SENATORII
DEVOTAM AVDIENDAM
OBSERVANTISSIME INVITAT

M. FRIDERICVS CHRISTIANVS BAVMEISTERVS
AVGVSTI GYMNASII GORLICENSIS RECTOR.

GORLIC, CLD ID CCXXXII, d' XXVIII OCTOBR.

TYPIS SIGISMVNDI EHRENFRIED RICHTERI.

AK

MEMBER
OF THE
SACRED COLLEGE OF THE
VICAR GENERAL OF THE
DIOCESE OF
LONDON

MAGNIFICENT
LIBRARY

OF THE

UNIVERSITY OF

OXFORD

IN THE

UNIVERSITY OF

OXFORD

OXFORD

OXFORD

OXFORD

OXFORD

OXFORD

OXFORD

OXFORD

OXFORD

OXFORD

OXFORD

OXFORD

OXFORD

OXFORD

OXFORD

OXFORD

OXFORD

OXFORD

OXFORD

OXFORD





ccaſum turris memorabo, Lector, et iſtū
 Fulminis igniferi terribiſque canam.
 Fulminis, horreſco referens,) proh! fulminis ignem
 Vimque canam, turris qua cito facta cinis.

Quare funerea, Muſae, uos ueſte tegatis,
 Promite flebilibus carmina moeſta modis.

Hei mihi, quam trepidat peſtus! quam membra pauore
 Exanimata ſtupent! quam ſtupefacta rigent!

Totus concuſſior terrore, ſimillima ſaxo
 Mens torpet, ſanguis dirigitque metu.

Atque mihi cunctis uideor quaſi ſenſibus orbis,
 Stat coma, uox haeret faucibus, atque ſilet.

Cum te, dira dies, te, formidabilis hora,
 Cogito, qua turris funere merſa fuit.

Cum meminiffe ſubit, quas turbas, quosque tumultus
 Mouerit una dies, mouerit ignis edax.

Denique cum repeto, quam late fauce fauillas
 Sparſerit igniuomum fulgur et aura leuis.

Quam turrim narras? quod funus? forſitan inquis
 Lector. Quae dicam, condito mente tua.

Tertius

Tertius a quarto mensis successerat anni
Huius, Quinstylem quem uocitare solent,
Plurimus ardor erat solis, fessumque colonum
Aestus torruerat, torrueratque solum.
Sulphuris, exhalantis humo, quasi femina nubes
Concepere graues caeruleaeque sinu.
Et, ueluti grauidae calidorum mole uaporum,
Intumuere, faces parturiente polo.
Parturiente? Quid? et pepererunt fulgura nubes;
Vi ruptae inclusi sulphuris atque nitri.

Quae praecedebat nox nonum mensis Iuli,
Lucida fulguribus terribilisque fuit,
Intonuere poli, caelum flammescere coepit,
Et, quae cernebas, omnia fulgur erant.
Nec tempestatis nocte hac desaeuit ira,
Augebat potius quaelibet hora metum.
Quaelibet hora nouos angores addidit, hora
Quaelibet horridior turbidiorque fuit.
Quo propius uolui sunt uisae turbine nubes,
Hoc magis intonuit contremuitque polus.
Contremuitque solum, telluris et incola toto
Pectore contremuit, contremuitque pecus,
Tandem uenturae sub prima crepuscula lucis
Vis flammae caelo conglomerata ruit.
Insolitusque fragor comitatur fulguris ictum,
Insolitusque pavor pectora quassa tenet,
Orbis compagem solui rumpique putasses,
Fulcraque conuelli sunt quasi uisa poli.
Cunctaque praecipiti lapsu concussa perire
Tecta uidebantur, terraque fracta quati.
Tanto mugitu resonabat fridulus aër!
Tam rauco fremitu persreperere plagae!
Quanta fuit rerum tum perturbatio! quantus
Mentibus incussus terror et horror erat!
Stant alii attoniti, trepidant, pars currere coepit,
Pars sumit libros, flebiliterque canit.
(Haec etenim est pietas multorum. Luce serena
Languent ac algenti, turbidiore calenti.

Non, nisi compulsi, sapiunt, instante periclo,
Ast, abeunte metu, mentis et ardor abit.)
Aedes quisque suas hoc credit fulmine tactas,
Tecta^{que} quisque ignem corripuisse putat.

Signum dant uigiles e turribus aere. Fit ingens
Clamor per uicos: **Flamma coorta furit.**
Voluitur e turri, iuxta quam curia, fumus
Igneus et piceus, uoluitur ater odor.
Tinnitus repetunt uigiles, dum crebrius aera
Pulsant. Clamores integrat omnis homo,
Prorumpit magna ui flamma, globusque furentis
Ignis, quem fieri iusserat ipse DEVS.

Concurfant ciues, concurfat et ipse Senatus,
Pars adportat aquam, pars uenit atque uidet.
Pars uidet atque gemit, pars chartas subtrahit igni,
Curia quas condit, condidit atque diu.
Flammaque mox circum serpit, (miserabile uisu!)
Lucet in excelsis, fax uelut ardet edax.
Et, uelut in specula, dispergit latius ignem,
Diffunditque suum per loca cuncta iubar,
Nurritur lignis ficcis, quae corripit intus,
Et nutrita leuat se magis atque magis.
Lambit tecta, uorat cuprum, uorat aera sonora
Campanae, flammis quae liquefacta cadunt.

Sic ergo, campana, races? Sic muta manebis?
Tinnula quae fueras, et peracuta sono,
Sic, toties ignis, nostris in moenibus orti,
Nuncia quae fueras, ignibus ipsa peris?
Quae fueras index horarum, funeris index
Fis sic ipsa tui? dum moribunda sonas.
Triste sonas. Peritura, VALE, quasi ciuibus urbis
Dicis, et extremis questibus astra feris.
Qualis, cum sentit, uitae mox flamina ruptum
Isti letifera falce, canorus olor,
Exsequiale canit carmen moribundus, et imo
Protrudit modulans gutture dulce melos.

Sic aes campanum cecidit. Casuraque turris
Iam tremit et nutat, uertice spectat humum.

Non flammae rabies solo satiata quieuit

Aere hoc campano. Longius ibat ea.

Omniuorusque ignis, flagrans ingentibus iris,

Depopulabatur ligna trabesque cauas.

Plures concurrunt ciues, ueniuntque coloni,

Et stant, suspensi speque metuque, procul.

Spectatum ueniunt ruiturae funera turris

Cum senibusque puer, cum pueroque senes,

Affusisque potest nemo restinguere flammam

(Nam nubes tetigit uertice turris,) aquis.

Nemo potest, quamuis cupiat, fulcire ruinam,

Scalas ardentes scandere nemo potest.

Quisque timet domibus uicinis, quisque ueretur,

Ne concussa ruant, curia, tecta tua.

Quilibet e turri deiectas pellere flammam

Nititur a domibus, sollicitusque fugat.

Interea caput inclinat ruitura, tremitque,

Horis extremis ut moribundus homo.

Hem! cadet, inquam homines. Magnoque fragore,

Pondere fracta suo, praecipitata ruit.

Praecipitata ruit, futuris igne peresis,

Pronaque deiicitur, quae tria saecula stetit.

Quo ruit? in circumstantes num forsitan aedes?

Aut quatit et sternit, curia, tecta tua?

Flammae deiectae num uoluunt longius ignem?

Quae metuebas, num tanta fuere mala?

Abfit. Ab aeterno quasi cura sepulchra pararat

Numinis huic turri, quae recubaret ea.

Non aedes tetigit uicinas, non tua tecta,

Curia, concussit, quod metuebat homo,

Non quemquam laesit turris tam uasta ruina.

Haec num posteritas credere sera potes?

Crede, et nobiscum lauda mirareque summum,

Cuius in ipsa ira est gratia summa, DEVM.

Hic, hic compressit, perclementerque fugauit,

Quae metuebamus, dira pericla procul.

Area,

Area, quam cingit, quam claudit curia circum,
Est locus interior, concauus atque patens.
Hic locus illapsam cauea gremioque recepit
Turrim, quam Numen contumulauit ibi.
Num poterat melius, numque aptius esse sepulchrum
Turri condendae, commodiorque sinus?
O DEVS, o Rector, spatiosique arbiter orbis,
Quem merito mundi machina tora stupet.
Tu solus flammae cursus inhibere uolantes
Vimque potes. Solus flumina stare iubes.
Tu nos, tu nostras aedes e faucibus ignis
Seruasti, turrim tu recubare iubes.
Erga nos miseros miserantia uiscera pandis,
Pandis amoris opes diuitiasque tuas.
Quis nostrum dignas poterit tibi soluere grates?
A quo perpetuae fons bonitatis abit.
Huc, huc accedas, turrim turrisque ruinam
Adspice, qui nobis Numen adesse negas.
Et labyrinthos flexus, mirosque meatus
Fulguris exquiras ancipitesque uias.
Proh Superi! quanta ui muros perforat ipsos
Fulgur, ui quanta faxea fulcra quatit!
Quanta ui quercus annosas difficit ignis,
Nubibus excussus, stridulus atque rapax!
Non haec naturae uis est. Non efficit aër
Talia commotus. Dextera sola DEI est.
Hic iubet, aetheriae moles circumuaga flammae
Vt delabatur, saxaque dura terat.
Hic, hic flammaram quasi flecitur solus habenas,
Hic freno fulmen dirigit, instar equi.
Vtricesque faces hic turri ponit in alta,
Omnibus ut pateant, commoneantque malos.
Hos DEVS his flammis uult ad meliora redire.
Hos monet, ut ponant impia facta sua.
Hos monet, ut puri, deterfis fordibus actae
Vitae, quod reliquum est temporis, omne terant.
Ohe! iam satis est uerborum. Desine, Musa,
Desine plura loqui, desine moesta queri.

Laeta dies nobis illuxit fidere fausto,
Laetaque deposcit carmina laeta dies.
Hos, qui claua tenent urbis sapienter et ornant,
Votiuo plausu condecorare decet.
Ergo funereas, Musae, deponite uestes,
Promite laetificis carmina grata modis.
Ite salutatum, Musae, Musisque sacрати,
Patres Conscriptos, quos nouus ornat honor.
Ite, triumphali redimitum tempora lauru,
Ite, comas cinctum floribus, ite piae.
Ito et tu, PIETAS, comites tibi iunge sorores,
Quarum prima FIDES, altera fidus AMOR.
Gaudia magna quidem, sed non indebita poscit
Festa dies, plausu digna, beata dies.
Ergo age, iunge manus, castissima triga fororum,
Iunge melos, iungas carmina, iunge preces.
Iungite: sed uideo uos iam iunxisse, sorores,
Mentes atque preces, carmina, uota, manus.
Plaudite: sed uideo, uos uestra plaudere sponte,
Ponite: sed uideo, uos posuisse metum.
En! prodit PIETAS, submissa stat, addit ad aras,
Placatura DEVM, pingua thura precum.
Emicat in toto suauissima gratia uultu,
Fulget in ore decus uirgineusque pudor.
Et, rubicunda genas, pudibundae frontis ocellos
Miti candidulos lumine figit humi.
Figit humi? Fallor. Sustollit ad aethera uultum
Et, flexis genibus, talia uerba facit.

O DEVS, o regum Rex maxime, conditor orbis,
Qui mare, qui terram, qui regis astra poli.
Qui regis hanc urbem, qui perclementer adauges
Munera muneribus, qui bona mille paras.
O DEVS, hic iaceo supplex, et supplice clamo
Voce: Fer auxilium, Gorliciumque bea.
Hosque, quibus quasdam moderandae plebis habenas
Tu concessisti, dirige, flecte, iuua.
Instrue consiliis, et uiribus instrue, quorquot
Legibus hanc urbem iustitiaque regunt.

Nosti,

Nosti, summe DEVS, nosti, quam plena pericli
Sit res, imperii frena tenere dati.
Hoc opus, hic labor est, populum moderamine iusto
Ducere, quo libeat, iuraque recta dare.
Est aliquid, naucem, uentis et fluctibus actam,
Pellere nauclerum, qui rate fulcat aquas.
Irruit et stridet rabidi uis concita uenti,
Fluctuat unda, fremunt saxa, fretumque tumet.
Et ratis, infani spumantibus acta procellis
Aequoris, ad caelum fertur, ad ima redit.
Quid tunc nauclerus? tremuit, et coma stat, riget omnis
Sanguis, et obnixo corpore uela tenet.
Virget opus trepidans, manat de corpore sudor,
Incertusque uiae, gurgite fertur aquae.
Tot post aerumnas, post tot discrimina rerum,
In portum fertur, littora grata subit.
Est aliquid, duro sternacem flectere freno
Quadrupedem, est aliquid, perdomuisse feras.
At facilis labor est, quem nauta et rector equorum
Perfert, plus hoc est, corda domare fera.
Quaeso igitur, fac, summe DEVS, lectissimus Ordo
Viribus ut ualeat consilioque Patrum.
Sit custos legum, sit seruantissimus aequi,
Iuraque peruertat nemo, nefasque petat.
Fac, DEVS, ut mentes uotorum ardore caleant
Concordis ac abeat lis furiosa procul.

Haec dixit PIETAS. Applaudit biga fororum,
Incorrupta FIDES, nec simulatus AMOR.
Applaudunt Musae, quoque nos applaudimus omnes.
Haec est summa precum: Floreat urbis honos.
Floreat urbis honos, prudensque piusque senatus
Floreat, ut flores uere nitere solent.
Urbs floret, florent ciues, florente senatu,
Quodlibet imperium, rege uigente, uiget.
Ast pereunt, subitoque cadunt, quae regna uidemus
Orba magistratu, rege carere suo.
Mole ruunt urbes, et slos consumtus earum
Concidit absque piis legibus, absque duce.

Nox erat, et gelidam terris infuderat umbram,
Lumina cum clausi fessa labore mea.
Mox lufere meam fallacia fomnia mentem,
Miraque fomniferæ noctis imago fuit.
Hortus erat, fpatio diffufus, floribus halans,
Et liquidæ puro fonte rigatus aquæ.
Plurima furgebat ramis felicibus arbor,
Suauia cultori poma datura fuo.
Forte mihi uifa eft caua quercus et arboris antrum,
In quo coetus apum conglomeratus erat.
Quæque fuum faciebat opus. Pars prata legebat,
Pars diftendebat cerea castra fauo.
Pars fucos tellis arcebant, agmina multæ
Cogebant, ne quæ defidiofa foret.
Mirabar tantum ftudium, tantumque laborem,
Quod regi obftingunt, obfequiumque pium.
Nam regem cingunt, uenerantur, eumque fequuntur,
Nec fine rege fuum perficit ulla fauam.
Tunc ego fic mæcum: Leges et iura beatos
Efficiunt homines, efficiuntque pecus.
Aft hic pulcher apum confenfus et optimus ordo
Disturbabatur, lisque coorta fuit.
Scilicet irrepfis, quo fato, nescio, turba
Irrequieta, mouens triftia bella domi.
Factio ad arma ruit, uefanum concitat agmen,
Impatiensque iugi fceptra uerenda petit.
Exclamat: Regis fit deteftabile nomen,
Rex, rex de folio deiiciatur, ait.
Nec mora. Deturbant regem, planeque trucidant,
Excuffiffe putant exitiale iugum.
Aft ubi cernebant regem mucrone peremtum
Mox animaduertunt, fe periiffe fimul.
Funditus euerfis fulcris, respublica tota
Collabebatur, nec fterit absque duce,
Quosdam faeuæ fames abfumferat, atque fugatas
Vidi confilii poenituiffe fui,
Haec ego per fomnum. Seu uera eft noctis imago,
Seu minus, hæc tantum me didiciffe puto.

Dispe.

Disperit atque ruit respublica, legibus orba
Atque magistratu, disperit atque ruit.
Disperit illa etiam, quae ciues continet, actos
Disfidii furis litigiique luc.
Horrendum monstrum discordia! iurgia iactans,
Quae tetra scindit seditione domos,
Qualis cum torrens, auctus pluuiabilibus undis,
Fertur, et infano spumeus amne furit.
It coeno crassus, de montibus, aggere rupto,
Fertur, et horrendo flumine sternit agros.
Sternit prata, domos, fata lacta, boumque labores,
Irruit, et praeceps obuia quaeque rapit.
Sic uanae lites, et amarae praelia linguae
Pectora in exitium praecipitare solent.
Dissona mens urbes perdit, perditque regentes,
Et sequitur tandem mortis alumna fames.
Viueret qui felix uult, qui uult esse quietus,
Ille magistratum diligit atque colat.
Effert is ueluti fortunam funere tristi,
Scita magistratus qui abiicienda putat.

Ergo age, sume nouas uires, mea Musa, canasque,
Semper flore nouo floreat urbis honor.
Ordo senatorum praestans, pulcherrimus ordo
Pofcit uota, preces pofcit amore pius.
RIECHIUS, urbis honos, decus urbis, amorque clientum,
Praefidiumque meum delictumque meum.
RIECHIUS hic uiuat, uigeat per saecula, uiuat,
Floreat, atque auctu gaudeat usque nouo.
Nec fera uis morbi te frangat, summe Patrone,
Nec uitam, fati turbine iactus, agas.
Quicquid agis, quicquid meditare mente sagaci,
Id DEVS ex alto prosperet atque beet.
Et succedat opus, fiet uelis aura secunda,
Et tibi perpetuo uota secunda fluant.
Sume nouas uires, mea Musa, canasque uouendo:
Flore nouo uireat GEHLERIANA domus.
GEHLERIANA salus stet firma, stet integra, nunquam
Collabefacta ruat GEHLERIANA salus.

Sic

Sic uiret et crescit Musarum splendor honorque,
 Sic decus et columen durat, Apollo, tuum.
 Sume nouas uires, mea Musa, canasque SIBETHVM,
 Fortia qui iusti iudicis arma gerit.
 Hunc, DEVS, hunc serues, hunc perclementer ad annos
 Nestoreos serues, hunc tege, pafce, foue.
 SPECHTIVS, egregium Pindi decus, Osque fenatus
 Floreat, et uireat, stetque, fauente DEO,
 Sitque DEI donis cumulatus SPECHTIVS, ille,
 Quem colo, quem ueneror, quem uehementer amo.
 Protege SCHVLTESIVM, BELLMANNVM protege,
 Numen,
 Protege MEIRICHIVM, MEIRICHIIque domum.
 ROTHIVS, et pius, et Musarum Fautor, in annos
 Plures faustus erit, si pia uota ualent.
 VVOLFIVS, is, qui, Phoebe, tuum decus est, erit, atque
 Pars animi nostri est, floreat et uigeat.
 Crescat et augefcatur GOESINGIVS, arboris instar,
 Quae uiret et floret, luxuriola comis.
 Perfert et ad culmen surgat RANISCHIVS, atque
 Non conuellatur SCHITTLERIANA falus.
 Incrementa Tibi concedat magna salutis,
 Docte HAGENDORNI, numen in axe poli.
 Denique quas tibi diuitias et mentis et oris,
 Mi LOCHMANNE, decet mente uouere pia?
 Auctus honore nouo splendes, splendesque uigore,
 Splendeat in reliquum laeta propago Tua.
 Viuite, Patroni, Fautores, uiuite Patres,
 Floreque splendescat curia, templa, schola,



78 M 428

Sign. (188) fehlt bzw.
rest. nicht vergeben!



1077

R.40



Del. zur Ylo 1090

55

MEMORIAM
FATALIS FVNESTISSIMIQVE INCENDII
QVO
TVRRIS CVRIAE CONIVNCTA GORLICENSI
clo lo CCXXXII d' VIII' IVLII
DE CAELO PERCVSSA
FVLMINIS DEFLAGRAVIT ICTV
COMMEMORANDO RENOVAT

ET
MAGNIFICOS PATRES
CONSCRIPTOS

OMNESQVE
LITERARVM FAVTORES

AD
ORATIONEM HONORIBVS
AMPLISSIMI ORDINIS SENATORII
DEVOTAM AVDIENDAM
OBSERVANTISSIME INVITAT

M. FRIDERICVS CHRISTIANVS BAVMEISTERVS
AVGVSTI GYMNASII GORLICENSIS RECTOR.

GORLICI, clo lo CCXXXII, d' XXVIII OCTOBR.

TYPIS SIGISMVNDI EHRENFRIED RICHTERI.

